

Ionia uel loca, aut insulae huic proximè adiacentes?
 in his locis fontes esse docent litterarum monumenta,
 qui fecunditatem ingenij, cum luctuosa sterilitate com-
 mutant, pro lugubris metamorphosis, feliciores fortasse
 alijs erunt alges, quae Galliam ab Italia terminant,
 tales, incola aliquum idarum aquas potare coguntur
 (defunt quippe saniores) quarum potu idorum guttura
 in tantam amplitudinem excrescunt, ut in umbilicum
 usq. tum uiris tum foeminae propendeant, Germaniam
 rectum exquisiuimus, et fines Germaniae, non aqua est
 diu investigare, quae nota sunt omnibus, notum enim est
 in Styria propter aquae in fanissimae potum incolis, et
 imprimis mulieribus adeo prolendi guttur, ut post her-
 gum, non seorsum ac aliquem faccum absq. difficultate possent
 reicere, et, quod stupore non caret, aquas inuenire est
 quae mulieres reddant infaecundas, unam adhuc uideo
 praetijisse, et tacuisse, quae forte alijs felicior erit.
 Arcadia, stygis aqua, quam transmeare Arcadiam grauif-
 fini testantur auctores, potu suo illis potatorem
 suffocare et enecare plerisq. si non omnibus notum est.
 Longum foret omnia incomoda, morbos, et mortes
 ex aqua potu profectas recensere, sed cum mens mea
 sit, non tam aquam uituperare, et uino longo potu inter-
 uallo postponere, quam uinum laudare, et aqua pro-
 ponere, ad uinum de aqua transire consultum fore arbitror.